Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

cationem intellegi aliquis potest. Ipse namq: ait. Ego sum uia & ueritas & uita. qui ergo p diuinitatis essentiā ueritas & uita p manet & p incarnationis mysteriū uia factus ē. qua nos ad patriā ubi ueritate & uita frueremur adduceret.,

Et pastores erant in regione eadem uigilantes et custodientes uigilias noctis supra gregem suū. et ecce angelus dn̄i stetit iuxta illos et claritas dī circūfulsit illos.

Pulcherrima ratione dn̄o nato pastores uigilant. gregem q̄ suum ab insidiis noctis custodiendo defendū. Uidelic& etiam p hoc ostendatur illud ad eē tempus q̄d uerus & solus pastor olim pmisit dicens., Ecce ego ipse requiram oues meas & uisitabo eas sicut uisitat pastor gregem suū. & liberabo eas de omnib: locis in quo dispse fuerant in die nubis & caliginis., & paulo post. & suscitabo sup eas pastorem unū qui pascat ea seruū meū dauid. & cessare faciā bestias pessimas de terra. & cetera quem mirabilē a ppha & a p dicta mirabilius a dn̄o uidemus impleta. Meminit & micha ppha & loci huius & temporis dicens. & tu turris gregis nebulosa filiae sion usq: ad te ueniet. & ueniet potestas prima regnū filiae sion. Turris quippe gregis quae hebraice turris ader uocatur mille circit passib: a ciuitate bethleem ad oriente distat. uaticinio sui nominis pastores hos multo ante demonstrans. ad quā usq: filiae sion angelice uidelic& potestates pastorib: apparendo uener;. uigilent itaq: nato dn̄o pastores sup gregē ouiū suarū significent eius dispensatione manifestata uigilaturos in ecclesia pastores animarū castarū. quib: dicat. pascite qui in uobis ē gregem dī., Bene aut uigilantib: pastorib: angelus appar& eosq: di claritas circūfulgit. quia illi p ceteris uidere sublimia merentur. qui fidelibus gregib: p eē sollicite sciunt. dūq: ipsi pie sup gregem uigilant diuina sup eos gratia corruscat.

Alit angelus mariā. angelus ioseph. angelus pastores instruit. & concipiendū & conceptū & natū caeli ciues dn̄m testant. ut & mortales sufficient imbuant & suū auctori seruitiū incessant inpendant. Nā & in sequentib: temporib: passuro resurgenti atq: ad caelos ascendenti sem p ad eē phibentur..

Et timuerunt timore magno. et dixit illis angelus noli timere. ecce enim euangelizo uobis gaudium magnum quod erit omni populo.

Non omni populo iudeorū quorū plurimi rebelles extitere. sed omni fideliū populo de cunctis tribub: gentib: & linguis in unā xp̄i ecclesiā congregato aeternū gaudiū euangelizatur & magnū.,

Quia natus ē nobis hodie saluator qui ē xp̄s dn̄s in ciuitate dauid.,

Haec ē potestas prima hoc regnū filiae sion qd p sacro proph&ae testimonio p missū ē in turre gregis uenturū. ubi notandū qd angelus qui in noctis utiq: uigiliis pastores affatur. Non ait. hac nocte sed hodie natus ē uobis saluator. non aliā scilic& ob causā. nisi quia gaudiū magnum euangelizare ueniebat. Nā ubi tristitia quaeq: nocturnis temporib: gesta uel gerenda significantur. Ibi saepe nox uel adiungitur uel etiam sola nominatur. ut ē illud. Omnes uos scandalum patiemini in ista nocte. & alibi. Amen dico tibi. quia tu hodie in nocte hac prius quā bis gallus uocem dederit ter me es negaturus. Neq: enim frustra angelus tanto lumine